Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26078
Copyright: Admont, Benediktinerstift

curauimus babylone & non est curata. Qd. LXX. transtulerunt: quod iustum est de te auferam nequaquam ultra tradam hominibusq; sub audmur babylone ut certe hoc qd iustum est & ablatum de babylone; disputant stoici multare turpia. praua hominum consuetudine uerbis honesta esse. ut parricidium. ad uitium. homicidium. in furtum. & cetera his similia. rursumq; re honesta nominibus uideri turpia. ut liberos procreare. in flationem uentris excretum digerere. alum releuare stercore. uesicam urine effusione lauare. denique non posse nos ut dicamus aut rem ulla. sic ὑπόκρισις a mente facere. Ergo semmarbech qd aqla posuit ut diximus uerenda muliebris appellantur. cuius & ὁμοιολογία apud eos sonat sicens tuus. ut in expletam babylonis indicet uoluptate. Redemptor noster dns exercituum nomen illius est israel. Sede tacens. intra tenebras filia chaldeorum. qa non uocaberis ultra domina regnorum. Iratus sum super populum meum. & contaminauu hereditatem meam. & dedi eos in manu tua. non posuisti eis misericordias. super senem ad grauasti iugum tuum ualde. & duristi in sempiternum ero domina. Non posuisti hec super cor tuum. neq; recordata es nouissimi tui. LXX. Qui erunt te dns sabaoth. nomen eius est israel. Sede conpuncta. ingredere in tenebras filia chaldeorum. nequaquam ultra uocaberis fortitudo regnum. Iratus sum contra poplm meum. contaminauu hereditatem meam. Ego dedi eos in manum tuam. tu autem non dedisti eis miam. Semper ad grauasti iugum ualde. & duristi. In eternum ero domina. non intellexisti hec in corde tuo. neq; recordata es nouissimorum. Primus uersus iuxta LXX. cum superiori